



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hermannii Conringii De Antiquitatibus Academicis  
Dissertationes**

**Conring, Hermann**

**Helmestadii, 1674**

Svpplementvm XI. Ad pag. XV. & XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12929**

227

## S V P P L E M E N T U M X I.

Ad pag. xv. & xvi.

**N**O<sup>t</sup>avimus pag. 15 à primo Antonino Pio Imperatore per omnes provincias esse constituta Professoribus salaria. Jam tum ante autem Professoribus (forte tamen solis Romanis) perquam benignum sese præbuerat Hadrianus. De illo enim cap. xvii Spartanus: *Quamvis esset in reprehendendis Musis, Tragicis, Comicis, Grammaticis, Rhetoribus, Oratoribus factis, tamen omnes Professores & honoravit & dedit vites fecit, licet eos questionibus semper agitavis. Et docteres qui Professioni sua inhabiles videbantur ditatos honoratosq; à Professione dimisi.*

Cæterum de Salariis Professorum monuit quidem nonnulla etiam P. Faber in *Agonistici l. 2. c. 20.* ut Pancirollus de Annonis variar. *lection. l. 2. cap. 188.* Sed omne illud exigui est momenti.

Quoniam porrò pag. 16 facta est mentio restitutæ CLIVENSIVM Scholæ per Eumenium Rhetorem, obiter observari potest; testari Eumenium, avum suum Athenis natum in eadem olim Schola docuisse. Unde colligo, jam initio seculi Christiani tertii Scholam illam viguisse. Eumenium enim jussu Constantii Chlori Scholam reparasse, liquidissimum est ex epistola Cæsaris orationi ab Eumenio insertâ.

## S V P P L E M E N T U M XII.

Ad pag. xvi.

**R**OMANA Schola publica, cuius mentio à nobis facta est pag. 16, præ aliis totius Occidentalis Imperii, indubie cùm aliis de causis, tum quod ibi solum Juris Romanistudia exerceri sint solita, maximè floruit. Diximus de illâ latius singulari libro, quo illustravimus leg. primam

Ef. 2.

Codicis